

Hermann Schuckmann    Theodor Jordan

## **Collegii Theologici Disputatio Nona, De Christo Theanthrp**

Rostochi[i]: Kilius, 1649

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738369713>**


Druck    Freier  Zugang



RA Meot 1649

Schückmann, Hermann/e  
Kont. Jordan, Revolver

IX



COLLEGII THEOLOGICI  
DISPUTATIO NONA,

47

DE  
CHRISTO  
ΘΕΑΝΘΡΩΠΩ

*Quam*  
ADJUVANTE GRATIA  
SPIRITUS CHRISTI,

Cum suffragio Amplissimæ Faculta-  
tis Theologicæ, in incluta Universitate  
Rostochiensi,


P R E S I D E  
V I R O

*Admodum Reverendo, Clarissimo atq; Excellentissimo,*

D N. HERMANNO SCHUCK-  
MANNŌ, SS. Theol. Doctore & Professore  
Publico Celeberrimo, Præceptore & Promotore,  
suo omni honoris cultu prosequendo,

*Publicè in Auditorio Majori, die 21. Februarij  
Examinandam proponit:*

THEODORUS JORDANUS,  
Luneburg.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr. Anno 1649.


18


INSTITUTIONE  
CHRISTO  
AD IUVANTIA  
SALUTIS

Compositio  
M. J. J. J.

D. HERMANN SCHICK  
M. J. J. J.

THEOPHILUS JORDANUS





**S**I CHRISTUM didicisse sat est, ubi cætera  
nescis;

Quid variâ mentem Cognitione gravas?  
Si Christum novisse sat est, age dilige Christum;  
Omnia scire potes, cùm tibi JESUS amor.

*In hoc beatam sapientiam Dn. Respondenti  
vovet*

PRÆSES.

---

**D**iffere de Christo tanges nucleum atq; medullam  
antiqui juxta fœderis atq; novi.  
Differe de Christo solus qui cardo salutis  
est nostra, Standem digna brabca feres.

*In gratiam Præstantiff. Dn. Resp. f.*

M. Rembertus Sandhagen,  
Ad D. Nic: V. D. M.

---

**U**Nio quod CHRISTO sit personalis in almo  
Arcta Θεανθρωπία, non varietq; Physes,  
Adferis, & Calvam Contra, JORDANE, cohortem  
SCHUCKMANNO tantam rem moderante tenes.  
Maact labore sacro! probat hunc ROSA nostra,  
probabit  
Patria conatum, laude vehetq; tuum.

*Amico amicus amicè adponebam*

M. Zacharias Fulchius,  
Collega Scholæ  
Cleo-

**C**leopatæ precii radiantis gemma lapilli  
Censa fuit finiti vix, Antonio acetô  
Quam propinavit dilecto jam attenuatam:  
Ast longè preciosior est certissima Christi  
Cognitio, quam commissæ sitæ dia culpæ  
Justa trahens animo, sumas in cordis acetô,  
Cor pavidum confortat, mentis lumina purgat,  
Suscitât atq; fidem sacratam, roborat amplam  
Spem, nec non vitam reddit justos faciendo  
Foedorum immensâ vitiorum mole gravatos.  
Hanc igitur JORDANE tibi cùm pagina sacra  
Monstrâr it, nunc sacra Roseti pulpita scandis,  
Ut contra lernam defendas Hæreticorum,  
Christe, DEI Patris Soboles ac Nate Mariæ,  
Omnis TE gemmam prociosam fac homo quærat,  
Sitq; venusto in cœli gemma decemplicis orbe!

*Sic planè ominans exiguum eximii amorû Candido  
Amico monumentum posuit*

Georgius Besenius, Cellis-Luneb.

---

Ad Literatiff: Dn. RESPONDENTEM.

**Q**uid jecisse juvet verè fundamina rerum  
In primis annis ac ipso flore juvenis:  
Quid juvet assidue Logicos hausisse libellos:  
Hoc THEODORE probas, dum non cum deside turbâ  
Ex tacito loqueris; bene sed defendere nosti  
Dogmata THEILOGI nec non effata SOPHORUM.

*Amicit: & favoris contest. g. deprop.*

Wernerus Theodorus Martini,  
Soltque LENS.

86 (0) 90

## DE CHRISTO.

S. I.



FUNDAMENTUM Inis Legis, Evangelij objectum, media-  
 tor N. T. fundamentum & consummator salutis  
 nostræ est JESUS CHRISTUS. De utroq; nomine  
 notanda seqq. 1. accipiuntur in gradu eminentissi-  
 mo. Illud salvatorem vel liberatorem à summo  
 malo *Matth. 1. v. 21. vi* officij prophæici, regij, max. sa-  
 cerdotalis. Hoc eundem infinito modo ad id inunctum ordinatumq; si-  
 gnificat *Psal. 45. v. 8. Ebr. 1. v. 9. 2.* Utrumq; nomen officij est, & hujus  
 fundamentum persona *Ἰεσὺς Χριστός*. 3. Gerit hæc Christus non sui, sed  
 hominum causâ. 4. τὸ εἶναι & vocari, sicut de Deo, ita de Christo in sacris ἐν  
 καὶ τὰυτὸν τὸ sunt, nisi quod *Ἰησοῦς* ἡ καλεῖσθαι salutarem usum & applica-  
 tionem ad nos subinfert *Jes. 7. v. 14. c. 9. v. 5. & c. Luc. 1. 32. ἸΗΣΟΥΣ*,  
 originaliter *Ἰησοῦς*, *Ἰησοῦς*, *σωτήριον*, *σωτήρ* *Gen. 49. v. 18. Luc. 2. v. 30.*  
*Pf. 149. v. 4. Jes. 60. v. 18. c. 62. v. 11. & c.* singulare in Evangelio nomen est,  
 inditum Christo in actu circumcisionis, *Luc. 2. v. 21*, ob rationem summæ  
 peculiarem *Matth. 1. v. 21*. Re convenit cum τὸ *Ἰμμανουὴλ* *Jes. 7. nam* Je-  
 sus non esset si Immanuel non esset & c. *ΧΡΙΣΤΟΣ*, in Ebræo *Ἰησοῦς*  
*1. Sam. 2. v. 10. Pf. 2. v. 2. Job. 1. v. 41. Luc. 2. v. 26.* denominatur ab unctione;  
 cui insunt h. l. tria, 1. sanctificatio s. elevatio humanæ naturæ in confor-  
 tium divinitatis, 2. immensæ plenitudinis Spiritus S. communicatio.  
 3. destinatio ad officium mediatoris, quod infinita dona & vires poseit,  
*Psal. 45. v. 8. Jes. 61. v. 1. Job. 10. v. 36. Act. 10. v. 38.* Considerantur in  
 hoc opere I. Ungens, Deus ipse, & peculiariter quoad ordinem in actio-  
 nibus divinis, Pater, d. l. II. Unctus, filius Mariæ, assumptus in unitatem  
 personæ τὸ *λόγος*, *Act. 4. v. 27*. Et sic objectum unctionis humana na-  
 tura est. Terminus tota persona, cujus solum æternum *Pf. 45. v. 7. III. O-*  
*leum, Ἰησοῦς Ἰησοῦς* (unde & Evangelizatio gaudij magni *Jes. 61. v. 1, 2.*)  
 Sp. S. ejusq; infinita virtus, & dona citrà mensuram *Pf. 45. v. 8. Act. 10.*  
*v. 38. Luc. 4. v. 18. Job. 3. v. 34, 35.* opposita mensuræ donorum in Apost. &  
 cæteris Christi consortib. h. e. fratribus & membris corporis ejus *Ebr. 1.*  
*v. 9. c. 2.* qui *χρῆσμα* (spiritum filij) & cum hoc spiritualia charismata  
 à Christo

RESP.  
 THEODO-  
 RO JON-  
 DAN, Lu-  
 nebur-  
 gens.



à Christo (à quo & Christiani vocamur) sed κατὰ τὸ μετῆδὸν τῆς δα-  
 ρείας αὐτῆς acceperunt, 1. *Joh.* 2. *Eph.* 4. v. 7. Typus illius fuit tabernacu-  
 lum V. T. & alia ad usum sacrum oleo sancto consecrata, v. g. *Lev.* 8. v. 10.  
 Antitypus est in Christo *Dan.* 9. v. 24. Cujus unctio facta in ipso incar-  
 nationis momento: Declarata verò publicà ac solenni inauguratione in  
 Baptismo *Matth.* 3. IV. Finis, executio officij, ad quod à Deo destinatus &  
 in mundum missus Messias *Jes.* 61. v. 1, seqq. *Act.* 10. v. 36, 37, 38. Typum in  
 hoc gesserunt, Prophetæ, Reges, Sacerdotes, uncti in V. T. V. virtus &  
 efficacia perpetua, quæ ante & retrò & in omnem usq; æternitatem se  
 extendit *Ebr.* 13. v. 8. Ità per Nomina in ipsam cognitionem tum personæ  
 tum officij Christi deducimur. PERSONAM constituunt Naturæ  
 duæ, Divina & humana, unitæ invicem unione hypostaticâ.

§. 2. Christum esse verum DEUM, hoc est I. ejusdem divinæ essentiæ,  
 potentæ, gloriæ, cum patre & Sp. S. probatur I. ex determinatione, quâ  
 verus Deus à rebus creatis discernitur, qualis est, cum dicitur ἀληθινός  
 Θεός *Joh.* 17. v. 3. 1. *Joh.* 8. v. 20. &c. II. à Nominibus soli Deo propriis, ut  
 sunt יהוה יהוה, item מלך מלך, Θεός (in significatu eminentissimo) &c.  
*vid. Disp.* 2. §. 7. quæ & Christo tribuuntur *Jer.* 23. v. 6. c. 33. v. 16. *Zach.* 12.  
 v. 8, 10. *conf. Joh.* 19. v. 37. *Jes.* 6. v. 1. seqq. *conf. Joh.* 12. v. 41. *Pf.* 45. v. 7, 8, 10.  
 18. *Pf.* 47. v. 2, 3, 6 &c. III. ab attributis & proprietatibus merè divinis,  
 velut sunt æternitas, immensitas, omnipræsentia, omniscient. omni-  
 potentia &c: *vid. Disp.* 2. §. 9. Huc referenda usurpationis majestatis divinæ,  
 quæ nemini vendicari potest, nisi qui verus Deus est: Vendicatur autem  
 hæc Christo *Pf.* 68. *Eph.* 4. v. 8, 9, 10. &c. IV. ab operibus, quæ non nisi  
 unius infinitæ virtutis sunt, & referuntur ad duas classes ad τὸ κτίειν  
 καὶ ἀνακτίειν. Hæc non minus de Christo, quam patre & Sp. S. tum  
 in præced. Disput. tum in secuturis, volente Deo, suis distinctis locis  
 demonstrata invenies. *vid. cum primū Disp.* 3. §. 2. & 3. Huc refer 1. ap-  
 pellationes, quæ potentiam creatis viribus superiorem important, qua-  
 les sunt, Lux, via, veritas, vita, ζωὴ αἰώνιος &c. *Joh.* 1. c. 6. c. 8. c. 14. 1. *Joh.* 5.  
 &c. 2. manifestationem δυνάμεως in V. T. ante incarnationem *Jes.* 63.  
 v. 9. seqq. *confer. Mosen.* adde 1. *Cor.* 10. v. 4, 9. *Joh.* 8. v. 51, 56, 58. 3. miracu-  
 la in diebus carnis edita, quæ apodicticum gloriosæ divinitatis in carne  
 habitantis argumentum præbent *Joh.* 1. v. 14. c. 5 v. 17. c. 10 v. 32 c. 15.  
 v. 24. V. à cultu adorationis, qui Christo defertur *Jes.* 6. *Joh.* 12. *Pf.* 97.  
 v. 7. *Ebr.* 1. v. 6. *Phil.* 2. v. 10. & soli Deo debetur *Dent.* 6. v. 13. c. 10. v. 20.  
*Matth.* 4.

*Matth. 4. v. 10.* VI. ex indivisibilitate essentiae divinae, quā cūm unum sint filius & pater *Job. 10. v. 30.* illum quoq; huic ἑμῶσσιον esse (non excluso Sp. S.) necessario consequitur, idq; VII. ex voluntatis & operationum divinarum identitate, cujus principium & fundamentum est ἐνότης ἁσίας, expende nexum in *Job. 5. v. 17, 18, 19. seqq. c. 10. v. 28, 29, 30. adde 33.* ubi ἰσπν se facere Deo & dicere proprium patrem Deum, item docere se unum esse cum patre, & vocare seipsum Deum, re ἐν καὶ παντὶ sunt, *vid. Diss. 2. §. 13.* Obijciunt: Subijciendum esse filium patri, *1. Cor. 15. R.* subordinabitur patri, completo regimine gratiae & fidei, ut administrator ejusdem, & sic officio suo perfunctus referet se ad illum, qui subiecit ipsi omnia, ut ita Deus (qui est pater, filius & Spiritus S.) omnia sit in omnibus.

§. 3. II. Esse personam per se subsistentem, à patre & Sp. S. distinctam, in divinitate secundam; Probat. I. ex perfectâ enumeratione trium, qui sunt unus verus Deus, inter quos secundus est filius, λόγος *Matth. 3. c. 28. 1. Job. 5.* Horum cuilibet illud tribuitur, in quo consistit essentia divina, seu id quod verus Deus est, *vid. Diss. 2. §. 13, 14. seqq.* Obijciunt, ex mentione trium non minus colligi posse trinitatem essentiae quam personarum, cum & in Christo duae naturae unam personam faciant. R. I. Essentiam exprimit אלהים יהוה, qui non nisi unus est, *Deut. 6. &* huic uni immensa tribuitur potestas & gloria, quae simul & filio & Sp. S. competit, & sic uterq; Deus est, neuter verò pater τὸ λόγος. II. in uno Christo sunt & manent naturae diversissimae, eaq; unitae nõ quatenus ex se unum sunt, sed in quantum se habent ut assumens & assumpta in tempore. *Regeris*, pro pluralitate essentiae, infinitatem vel omnipraesentiam. R. diversitas locorum, spaciõrum, partium ad extrã, non multiplicat essentiam in se indivisibilem spiritualem (pro rudi exemplo sit anima finita, quae & una est & tota in quâlibet corporis parte) nedum divinam, summam eminentissimam, replentem omnia. Recedat ratio. vincat Fides. III. à differentia donantis & donati, mittentis & missi &c. *Job 3 v. 16. c. 17. v. 3. & passim in N. T. conf. Is. 61. v. 1.* III. à dictionibus personam signantibus, demonstrativis simul & distinctivis, quales sunt ἔτι, ἀλλ. &c. *Matth. 3. v. 17. Job. 1. v. 33. c. 14. v. 16. conf. 1. Job. 1, )* IV. ab apparitionibus sub assumptâ peculiari formâ (in V. T.) quae affirmativum pro personalitate argumentum suppeditant *Gen. 32 v. 24. seqq. Hos 12 v. 3, 6. collato cum Gen. 28. v. 18. c. 31. v. 13.* ubi idem & Angelus Domini & Domi-

aus ipse est. V. ab actionibus personalibus. *Joh. 5. v. 20, 21, 22, 23.* & passim in sacris. VI. à relatione hypostaticâ, quâ pater filium & sic persona personam respicit. VII. ab Incarnatione, quæ, etsi certo ordine & distinctione servatâ totius Trinit. opus est, in solius tamen filij, non patris nec Sp. S. personâ terminatur, de quo infra.

§. 4. Fundamentum, cui insistit tum divinitas tum personalitas τὸ λόγος, *Generatio* est, quæ dicit communicationem totius essentiæ divinæ, quâ est à patre filius, eamq; 1. æternam, h. e. transcendentem temporis omnis, partim initium; undè facta dicitur ante dies sæculi, quos nihil nisi infinita æternitas antecedit *Mich. 5. v. 1.* partim finem & fluxum, quod innuitur voce עוֹלָם (*σήμερον*) *Psal. 2. v. 7. Ebr. 1. v. 5.* quæ in suâ determinatione actum indivisibilem & perpetuò presentissimum infert. 2. propriam, quod probant vocabula יְהוָה יִלְדֵנוּ גֵנְנוּ וְעָלְנוּ אֵת, item יְהוָה יִלְדֵנוּ *Prov. 8. v. 24, 25.* Sed & 3. eminentissimam & perfectissimam, quâ genitus ex essentiâ gignentis ineffabili modo egreditur (quod per יְהוָה יִלְדֵנוּ in plur. exponitur) sed nunquam extrâ essentialiam; nam pater est in filio, & filius in patre *Joh. 1. v. 18. c. 14. v. 10.* qui ob id dicitur 1. filius Dei viventis *Matth. 16. v. 16.* & ad differentiam gratiosæ adoptionis fidelium, proprius filius *Rom. 8. v. 32.* habens patrem proprium *Joh. 5. v. 18.* item unigenitus *Joh. 1. v. 18. c. 3. v. 16.* &c. 2. λόγος (verbum hypostaticum) egrediens ex essentiâ seu corde patris, & sic optimus quoq; interpret voluntatis ejus *Joh. 1. v. 14, 18.* 3. imago invisibilis Dei & character hypostaseos ejus *Col. 1. v. 15. Ebr. 1. v. 3.* i. e. persona expressam in se habens (vi vocum פִּיטָה חֲרָאֲקִיָּה) essentialiam patris perfectissimè. Objicis: Dictum ex *Psal. 2. v. 7.* applicari in N. T. ad probandam tum nominis & sacerdotij Christi eminentiam, tum resurrectionis veritatem, *Ebr. 1. v. 5. c. 5. v. 5. Act. 13. v. 33.* & Pro fundamento ubiq; ponitur generatio æterna. Siquidem homo Jesus nec exciteri ut Salvator, nec resurgere ex mortuis, & hoc ipso ostendi filius Dei, nec æterno sacerdotio fungi, nec excellentiam Angelicâ superiorem possidere, nec (quæ vis & scopus Psalmi est) invictissimum & inexpugnabile regnum tenere posset, nisi, vi incarnationis & unionis hypostaticæ, eadem esset persona, cui communicata, per generationem ab æterno, infinita virtus ac majestas, seu ad quam meritò dicat Pater, הוּא בְּנִי &c.

§. 6. Eun

§. 7. Eundem Christum esse verum HOMINEM, hoc est, assumpsisse humanam naturam I. Veram, nostræ ὁμοσίωv, eamq; individuum, ex substantiâ Mariæ sine peccato, probatur evidenter ex *Ebr. 2. v. 14.* Vis probandi consistit in collatione cum pueris, conf. *Matth. 1. v. 20. Luc. 1. v. 35.* ubi natus (formatus) dicitur tam inquam ex Mariâ. Hinc vocatur filius hominis, qui & filius Dei, ob generationem duplicem, unam in tempore, alteram ab æterno *Rom. 1. v. 3. 4. Matth. 9. v. 6. c. 16. v. 13. c. 22. v. 45.* II. Integram, h. e. constantem corpore & animâ rationali, unâ cum potentiis utrumq; perficientibus; constat ex *Luc. 24. v. 39. Matth. 20. v. 28. c. 26. v. 38. Eccl. Jer. 7. v. 15. Luc. 40. v. 52.* Hic Q. 1. de voluntate in Christo & utriusq; naturæ divinæ & humanæ sua voluntas est, & hæc illi subordinata *Matth. 26. v. 39, 42. 2. quale fuerit Christo arbitrium liberum in diebus carnis?* R. 1. Probatio obedientiæ (*Phil. 2.*) infinita fuit & sic exercitium libertatis eminentissimum, h. e. exactissime satisfaciens legi divinæ, & summas tentationes in carne sustinens *Matth. 4. Psal. 22. sed & 1.* immutabilis libertas fuit, ob personalem τὸ λόγῳ præsentiam, ob quam & invicta mansit.

§. 6. Deum & Hominem UNAM esse PERSONAM, seu UNUM CHRISTUM, INCARNATIO facit, quam claris distinctisq; phrasibus describunt loca seqq. *Joh. 1. v. 14. Gal. 4, 4. 1. Tim. 3, 16. Ebr. 2. v. 16.* Ex his & similibus notamus 1. Naturas, quæ conjunguntur, diversissimas, finitam & infinitam, filium Dei & semen Mariæ; ille assumit, perficit; hoc assumitur, perficitur; ille factus est quod non fuit, nec desit esse quod est, sed & manifestatur in hoc, quod factus est. 2. Unionis veritatem, quæ est citrà confusionem & divisionem, illo resp. utraq; natura post incarnationem & nomen & esse suum perfecte retinet, hoc, nulpiam & nunquam una sinè altera est. 3. modum incarnationis, qui cognoscibilis fide & pietate; comprehensibilis rationi non est.

§. 7. Pro cognitione observanda. I. Causa efficiens, omnes divinitatis personæ, Pater mittens & c. *Rom. 8. v. 3. Gal. 4, 4.* Filius assumens *Ebr. 2, 16.* Spiritus S. (cui peculiariter hoc opus adscribitur) superveniens, inumbrans *Luc. 1. v. 35.* expend. analogia, quæ est inter primam creationem & inter novam hanc, de quâ *Jer. 31. v. 22.* Virtus utrobq; mere divina est, quæ communem naturæ cursum prorsus hinc excedit *Matth. & Luc. 1.* Obumbratio autem seu operatio Sp. S. complectitur 1. conservationem substantiæ Mariæ ab igne consumente, 2. sanguinis

& seminalis massa à sordibus peccati separationem & purificationem, hinc τὸ ἄγιον *Luc. 1. v. 35.* 3. formationem carnis Christi ceu tabernaculi non manufacti miraculosam. 4. Eiusdem elevationem εἰς ἐνότητα ὑπερσώσεως τῆς λόγου. *Q. hinc, an Sp. S. possit dici pater hominū Christi?* N. Christus enim ut Deus ὁ μήτωρ, ut homo ἀπάτωρ *Ebr. 7.* habens unum æternum patrem, primam Trinitatis personam, vi generationis ab æterno & unionis in tempore *Ebr. 1. v. 5.* II Subjectum, in quo terminatur incarnatio, non Pater, non Spiritus S sed solus Filius, ubi *Q. num persona, an vero essentia divina incarnata?* R. Persona τῆς λόγου habens totam essentiam divinam, fit caro; vel tota essentia divina, characterē hypostatico τῆς λόγου determinata, communicavit se humanæ in Christo naturæ, utrumq; dicit scriptura, illud *Job. 1. v. 1. 14. Gal. 4. 4. hoc 1. Tim. 3. v. 16. conf. Col. 2. 9.* vid. *Disp. 2.* III Finis, redemptio generis humani perficienda in carne mediatoris per mortem *Ebr. 2. v. 10.* Hinc æstimatur necessitas ἐνοσηρώσεως. Homo esse debuit redemptor, ut sanguinem fundere, mortem subire; Deus, ut sufficiens pro peccatis λύτρον persolvere, æternam redemptionem parare posset. *6. 9. 7. 12, 15, 22.* Illius effectus in applicatione est ὑιοθεσία nostra *Job 1. v. 13, 14. Gal. 4. v. 5.* sic particeps fit Deus humanæ naturæ, ut homo fiat divinæ. IV. Forma, ad quam duo pertinent; miraculosa Conceptio & incomprehensibilis Unio, quarum unā positā & altera simul ponitur, nulla intercedente temporis morā inter filium assumentem & Sp. S. sanctificantem &c. Semen in conceptione non viri est sed virginis *Luc. 1. Matth. 1. conf. Jes. 7.* *Q. h. l. 1. an caro Christi in utero successivè an in instanti formata fuerit? 2. utrum clausā an apertā vulvā Mariā pepererit?* R. tacet hic quoad expressam decisionem, scriptura; nisi quod confert Christum in participatione carnis, cum aliis infantibus.

§ 8. In U N I O N E observamus tria. I. Terminus, personalitatem, quæ unica hic est, eaq; perfectissima & eminentissima, nempe ὑπόστασις τῆς λόγου, in quā subsistit filius Mariæ (humanā hypostasi exclusā) et sic ex Deo & homine unus Christus, unus Dei & hominum mediator factus *1. Cor. 8. v. 6. 1. Tim. 2. v. 5.* (secus est in unione spirituali vid. *Disp. 4. § ult.*) In hoc fundantur propositiones personales omnes, ubi Deus & homo ob unitatem personæ de se invicem prædicantur in concreto *Luc. 1. v. 35. 1. Cor. 15, 47.* & ubi Deo agente, homo agit, & homine patiente Deus patitur

itur. II. περιχώρησιν, hoc est, intimam, reciprocam, inseparabilem unitusq; naturæ præsentiam, quâ (ὕπερ καὶ πάλιν) divina permeat humanam, humana divinam, usq; adeo ut sit intrâ carnem λόγος, & intrâ λόγον caro, h. e. totus Deus in toto homine & totus homo in toto Deo Col. 2. v. 9. Et ex hoc fundamento, humana natura, tametsi in semetipsâ finitæ essentia est, elevata ad infiniti Dei personalem subsistentiam, nullibi existit absq; Deo, nec Deus alicubi absq; homine Christo. III. Κοινωνίαν, pendentem ex communicatione hypostaseos, eamq; realem, quâ λόγος assumptæ carni totam plenitudinem Deitatis reipsâ communicavit, sibiq; vicissim, quod humanitatis est, vi arctissimæ unionis, velut suum attribuit. Unde I. humanum de Deo, & divinum de homine Christo, adeoq; alterius naturæ proprium de totâ personâ enunciat, sive hæc à divinâ, sive humanâ, sive utrâq; naturâ denominetur I. Cor. 2. v. 8. Job 3. v. 13, Ebr. 13. v. 8. Job 8, 58, ad evitandam v. confusio- nem faciunt particulæ distinctivæ ἐξ, καὶ παρ &c. Rom. 1. v. 3. c. 9, 5. 1. Pet. 3, v. 18. II. In apotelesmatibus officij, una natura agit cum communicatione alterius, quod cujusq; proprium est Act. 10. v. 28. Jer. 23. v. 6. Sic homo moritur, & hujus morti infinitam virtutem, in unitate ejusdem personæ, Deus confert, qui & carnem sub immenso onere sustentavit; idemq; facit, ut omnes actiones & passionες meritoria sint & satisfactoria in Christo. III. Humanæ naturæ præter naturalia ac habitualia, eaq; finita dona, communicata sunt ex unione hypostatica, ὑπερφυσικά, eaq; infinita divinæ naturæ idiomata, secundum habitantem in Christo, tanquam in proprio corpore, divinitatis plenitudinem Matth. 11. v. 27. c. 28. v. 18. Apoc. 2. c. 5. Job. 5. c. 6. | Subjectum hic est filius hominis Job. 5. v. 27. Fundamentum unionis cum Deitate personalis.


§. 9. Consideratur autem in Christo πλήρωμα τῆς Θεότητος vel ratione κτήσεως vel χρήσεως, illa est ex primo unionis momento, hæc aliquandiu, ob intervenientem exinanitionem, suspendi debuit; vi illius omnia habuit Christus, quæ per exaltationē accepisse dicitur; resp. hujus divinam gloriam, ut ut ab initio potuisset, plenè non exercuit. Ratio distinctionis habetur, Phil. 2. ubi aliud est existere in forma Dei, aliud demonstrare se æqualem Deo. Hinc status duplex, Exinanitionis & Exaltationis. Exinanitioni insunt, duo, ἡ κένωσις seu evacuatio Jes. 53. v. 12. ubi

πνεύματι


ἡγῶν respondet τῷ ἐκένωσι Phil. 2. v. 7. 2. servilis formæ assumptio, quæ consistit in humilimâ conditione, laboribus, infirmitate, contemptu doloribus, passione, eâq; nō imaginariâ, sed verâ, exquisitissimâ, tū externa tum potissimum internâ, Jes. 43. v. 24. e. 52. c. 53. Matth. 26. & sic forma servi opponitur formæ Dei Phil. 2. Causa illius est summa obedientia patri præstanda pro salute hominum Ebr. 2. v. 10. Gradus exinanitionis 1. est humilis nativitas, 2dus, vita ærumnosa; Infimus, mors, seu esse tres dies & noctes in medio (inferioribus) terræ Matth. 12. v. 40. Eph. 4. 9. conf. Ps. 22 v. 16. conf. Ps. 16. v. 10.

§. 10. Exinanitionem, ut antecedens, excipit status Exaltationū, ut consequens, juxta ordinationē Dei (quod innuit particula ὅτι Phil. 2 v. 9. 1. conf. Luc. 24. 26.) Et huic ex opposito similiter duo insunt, formæ servilis depositio, facta per ὑπερῦψωσιν, & plenaria divinæ Majestatis (excellentiæ, nominis) usurpatio Phil. 2. Gradus exaltationis primus est Resurrectio ex mortuis Rom. 1, v. 4. quam antecessit Descensus ad inferos, ubi Christus θεοῦ θρώου Spiritu vivificatus, ad carcerem profectus, demonstravit divinam virtutem & victoriam in carne reportatam (Et hoc est illud κηρύσσειν, 1. Pet. 3. 18. adde Col. 2. Jes. 25. Secundus & qui cum hoc cohæret, Tertius, Ascendere in calum, & Sedere ad dextram DEI, h. e. unâ cum Patre, omnibus rebus præsentem adesse, omnia completi, regere & operari efficaciter, in eodem throno Ebr. 1. v. 3. 6. 12. v. 2. Ps. 118, v. 15, 16. Ps. 110. Eph. 1. & 4. Ps. 8.

§. 11. OFFICIUM Christi triplex est, Propheticum, Sacerdotale & Regium, quæ conjunctim describuntur Jes. 31. v. 31. conf. Zach. 9. v. 10. 11. Eorum τριζίς representatur in Melchisedeco Gen. 14. Ps. 110. Ebr. 7. Et quanquam tria hæc itâ invicem innexa sunt, ut unum veniat pro altero, v. g. Job. 18. v. 37. formaliter tamen distinguuntur. Sic forma Prophetici est docere & annunciare voluntatem Dei tam immediatè quam mediatè Job. 1. v. 18. Eph. 4. v. 11. Deut. 18. Act. 7. v. 37. Sacerdotali, se ipsum DEO hostiam offerre, in satisfactionem pro peccatis, & perpetuo apud eum, vi sanguinis semel effusi, intercedere, vid. Epist. ad Ebr. Regij regere & gubernare Ecclesiam defendere fideles, prostertere hostes, Psal. 2. v. 6. seqq. Psal. 45, 7. 8. Psal. 68. toto Psal. 110. & c. Estq; distinctum regnum Christi à regno Dei, illud gratiæ & in mundo (tamen non de mundo Job. 18, 36.) Hoc gloriæ est. in illo per media Christus agit. in hoc immediatè cum patre & Sp. S. præstat omnia: & sic regni ejus non erit finis. 1. Cor. 15. conf. Jes. 9. Luc. 1.







Matth. 4. v. 10. VI. ex indivisibilitate essentiae  
 filius & pater Job. 10. v. 30. illum quoq; huius  
 fo Sp. S. ) necessariò consequitur, idq; VII. ex  
 divinarum identitate, cujus principium dicitur  
 & socias. expende nexum in Job. 5. v. 17, 18, 19. se  
 ubi <sup>1000</sup> se facere Deo & dicere proprium pa  
 unum esse cum patre, & vocare seipsum Deum  
 Diss. 2. §. 13. Obijcitur: Subijciendum esse fili  
 ordinabitur patri, completo regimine grati  
 ejusdem, & sic officio suo perfunctus referat  
 ipsi omnia, ut ita Deus (qui est pater, filius  
 omnibus,

§. 3. II. Esse personam per se subsistentem,  
 in divinitate secundam; Probat. I. ex per  
 qui sunt unus verus Deus, inter quos secundu  
 c. 28. 1. Job. 5. Horum cuilibet illud tribuit  
 divina, seu id quod verus Deus est, vid. Diss. 2.  
 mentione trium non minus colligi posse tri  
 sonarum, cum & in Christo duæ naturæ  
 1. Essentiam exprimit יהוה אלהים, qui  
 huic uni immensa tribuitur potestas & gloria  
 competit, & sic uterq; Deus est, neuter verò p  
 sto sunt & manent naturæ diversissimæ, eaq;  
 sunt, sed in quantum se habent ut assumens  
 geris, pro pluralitate essentiae, infinitatem vel  
 sitas locorum, spaciorem, partium ad extra  
 in se indivisibilem spiritualem (pro rudi ex  
 & una est & tota in quâlibet corporis parte)  
 eminentissimam, replentem omnia. Reced  
 differentia donantis & donati, mittentis &  
 v. 3. & passim in N. T. conf. Ies. 61. v. 1. III  
 gnantibus, demonstrativis simul & distinctiv  
 &c. Matth. 3. v. 17. Job. 1. v. 33. c. 14. v. 16. c  
 ritioibus sub assumptâ peculiari formâ (i  
 pro personalitate argumentum suppeditant  
 6. collato cum Gen. 28. v. 18. c. 31. v. 13. ubi idem &

in unum sint  
 (non exclu  
 operationum  
 im est ἐνώτως  
 30. adde 33.  
 em docere se  
 vto sunt, vid.  
 v. 15. R. sub  
 administrator  
 qui subiecit  
 omnia sit in  
 distinctam,  
 ione trium,  
 Matth. 3.  
 sinit essentia  
 Obijcitur, ex  
 æ quam per  
 faciant. Re.  
 st, Deut. 6. &  
 filio & Sp. S.  
 in uno Chri  
 en<sup>9</sup> ex se unū  
 tempore. Re.  
 m, R. diver  
 at essentiam  
 finita, quæ  
 p, summam  
 Fides. II. à  
 v. 16. c. 17.  
 personam si  
 r, à X. X.  
 IV. ab appa  
 affirmativum  
 19. Hos 12 v 3,  
 ini & Domi  
 nus

